

ne repetundarum poenitentiae locum non esse; quod probat expressè Textus in l. & § generaliter 3. §. 1. ff. de calumniator. ubi Baldus, qui refert, Florentia non profuisse cuidam iudici poenitentiam re integra: quod confirmat in l. 1. §. ad bestias, ff. de postul. Jason in §. quadrupli, num. 82. insir. de action. Ludovicus Romanus singul. 323. Hippol. de Marfil. singul. 326. num. 2. Nicolaus Boër. decis. 153. num. 22. Paris de Puteo de syndic. verb. Corruptio, num. 2. & 3. Tiber. Decian. dict. lib. 8. cap. 40. n. 10. Farin. dict. quæst. 111. num. 103. ad fin.

19 Anton. Matth. dict. lib. 48. ff. tit. 18. c. 5. num. 4. pulchrè Azevedo, in l. 3. & 4. tit. 3. lib. 8. recopil. ex num. 1. quo probat conclusionem procedere in omni crimine, excepto crimine hæresis, pluribus Giurba conf. 72. num. 14. Quod procedit de mente horum Doctorum, etiam si fiat re integra. (Quod ego intelligerem ante sententiam ejus causæ in qua corumpens litigabat; non autem ante sententiam latam in iudicem, ut voluit Bobadilla dict. cap. 1. num. 101.) præsertim si pecuniæ acceptæ non restituit effectivè, in quo omnes conveniunt. Neque refragatur Textus in dict. authent. novo jure: Nam ut ait Tiber. Decian. dict. num. 10. in eo Textu nil reperitur ex quo in contrarium hujus doctrinæ aliquid colligatur. Neque arguendo à contrariis; nam non procedit eadem ratio, imò valde diversa, quo in casu sic tenet Glossa in leg. cum Prætor, ff. de jud. verb. videtur, aliis relatis Barbosa in locis commun. argum. jur. loco 27. num. 27. Quod ratio sit valde diversa liquet ex eo, quod præcipua ratio inducendæ dispositionis legis Julæ fuit, poenitentia iudicum munera recipientium; & secundario ad eum finem præcipuum consequendum extensa fuit dispositio ad corumpentes, sed non eadem poena, cum gravior iudicibus imminet, ac per consequens, privilegium concessum danti, ut recipiens puniatur, nullo jure concessum reperitur recipienti, quia multo minus interest reipublicæ coercitio corumpentis. Sed omnia hæc cessabant, dum iudex nihil ex receptis restituit, ita ut verè dici posset, quod illæ applicationes factæ fuerunt potius animo præveniendæ excusationem, si fortè crimen deregeretur, quàm abdicandi à se pecuniæ, quod exitus demonstravit.

21 Et cum non semel aut bis peccasset, sed

quingagesies, & ultra, venià indignus visus fuit, tanquam incorrigibilis, & consuetudinarius in delinquendo. Ex quibus Senatus censuit privandum fore munete Auditoris, & eo consulente, sic Rex noster deliberavit, eum condemnando ad privationem, & alias poenas pecuniarias sententiâ dici anni 1670.



CONTROVERSIA LXVII.

De Officiali suspensio ante sententiam, & an hoc tempus computandum sit cum tempore condemnationis?

SUMMARIUM.

- 1 Facti species narratur.
- 2 L. si diutino 25. ff. de poen. expenditur.
- 3 Diuturnitas temporis poenam minuit.
- 4 Diuturnitas hæc computanda est à tempore quo reus in reatu existit, non à tempore commissi delicti.
- 5 Reatus quid sit.
- 6 Diuturnitas minuit poenam delicti momentanei.
- 7 Non autem delicti reiterabilis.
- 8 Repetundarum crimen exceptum est.
- 9 Concussionis crimen sequi solet crimen repetundarum.
- 10 Carcerationis tempus non computatur in tempore exilii.
- 11 L. Omnes 23. Cod. de poen. exponenda proponitur.
- 12 Carceris poena durior, quàm exilii.
- 13 Carceris poena computatur cum exilio, etiam si torum tempus absumat.
- 14 Quod procedit in quacumque alia poena.
- 15 Carceratus quis dicatur.
- 16 Regius minister captus, & carceratus dicitur, dum detinetur in Curia, vel alio loco sibi assignato.
- 17 Temporaria coercitio poena abolitio est.
- 18 L. Imperator 8. §. fin. ff. de postuland. expenditur.
- 19 L. 3. §. 1. ff. de decurion. pariter expenditur.
- 20 Executio poena præpostera, hoc est ante sententiam, non debet eedere contrarium.
- 21 Debitor solvens ante condemnationem, computat ea quæ solvit in quantitate

- te pro qua condemnatus fuit.
- 22 In reatu existens juxta qualitatem persone, non potest puniri quin aliquid de poena minuat.
 - 23 Poena instituta est ad exemplum, & emendationem, cujus effectus languescit, si crimen ex diuturnitate oblivioni tradatur, & n. 24.
 - 25 Poena potius molienda, quàm asperanda sunt.
 - 26 Crimen momentaneum repeti potest, sed non est successivum.
 - 27 Poena exacerbanda ex diuturnitate in crimine successivo.
 - 28 Crimina excepta quo temporis cursu extinguuntur.
 - 29 Concussionis crimen gravius est repetundarum.
 - 30 L. aut damnus, §. quisquis, ff. de poen. expenditur.
 - 31 Tempus duplicandum in effratre exilii, est quod superest adimplendum.
 - 32 Antonii Gomez dictum rejicitur.
 - 33 Tempus carceris ante sententiam, computandum est cum poena in crimine blasphemæ.
 - 34 Blasphemæ causa summarissimè expenduntur.
 - 35 Decisio Senatus prævia consultatione.



Vditor quidam Regiæ Audiendiæ Insulæ Hispaniolæ, vulgarietè dictæ de sancto Domingo, accusatus fuit de foribus, aliisque excessibus in administratione officii commissis, de quibus per testimonia verosimilia constat in Senatu. Ex quibus visitationis iudicium in eum statutum fuit, ac iustum quod in Senatu compareret. Visitator assignatus durante inquisitione deceffit: subrogatus in locum defuncti ab Hispania missus, sicut primus, causam conclusit summariam, quia cum reus in Hispania degebat, non potuit procedere ad ulteriora. Quamobrem non fuit legitime conclusa usque ad annum millesimum sexcentum septuagesimum primum, reo ab anno millesimo sexcentesimo sexagesimo tertio, suspensionem officii patiente. Ex culpis in eum probatis Senatus censuit puniendum esse poena suspensionis per decennium. Dubitabatur an novem anni, quos suspensus de facto exegit, computandi essent in condemnatione.

[DD. Laur. Matheu, de Re Crim. Pars II.

Non computandos esse videbatur ex Text. in l. si diutino 25. ff. de poen. in quo Modestinus sic ait: Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, poena ejus sublevanda non erit. Sic enim constitutum est: non eo modo puniendos qui longo tempore in reatu agunt, quàm eos qui in recenti sententiam excipiunt. Licet enim iste Textus communiter intelligatur per Pragmaticos, de reo diu potest delictum capro, atque punito, ita ut ex sola diuturnitate à commisso crimine poena temperanda sit, ut tenuit Accursius in gloss. d. text. quem sequuntur Bartol. & Alberic. ibid. Salicetus in l. servus, Cod. ad leg. Jul. de vi, col. 2. Abbas in cap. cum haberet, de eo qui dux. 2. cor. quam pol. per adult. Ant. Gomez tom. 3. var. cap. 1. num. 7. Rocch. de Curt. in enar. cap. tanto, de consuetud. scilicet, 1. n. 7. Hippol. de Marfil. singular. 254. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 60. num. 32. & ibi Baiad. numer. 106. Farin. quæst. 10. n. 84. cum segg. Guazzin. defens. 2. cap. 3. num. 1. Caball. resol. crim. cas. 142. num. 2. Carpzovius in pract. crim. part. 3. quæst. 141. n. 70. cum segg. neque repugnat Dominus Covarruv. lib. 2. var. cap. 9. n. 2. vers. primum posse. Hoc error Pragmaticorum tribuitur, quia Textus non loquitur de reo qui diu delictum patravit, sed de eo qui diutino tempore in reatu fuit, hoc est, in carcere detrusus, squalore plenus, fordidis vestibus indutus, fame vexatus, atque infinitis cruciatibus, carcerem subsequenteribus, affectus, ut in eodem Textu dicitur, ibi: in reatu fuerit, & ibi: longo tempore in reatu agunt, ut notant Emaueul. Suarez ad Gomez dict. cap. 1. lit. c. Baldus in eo Text. Budeus in not. ad pandect. in eod. Text. Alciatus lib. 2. parergon. cap. 10. Corraf. lib. 2. miscel. cap. 20. Herm. Pistor. observat. 61. Ant. Thesaur. decis. 76. n. 2. Farin. lib. 9. contr. c. 38. Dominus Covarruv. d. vers. primum ad fin. Farin. d. q. 10. n. 87. vers. sed in hoc, Parlador. rer. quotid. in sequent. diff. 51. in princip. t. duard Caldeir. variar. lect. lib. 3. cap. 2. Dionys. Gothofft in d. leg. si diutino & in l. vestem sordidam 39. ff. de injur. Antonius Matth. lib. 48. ff. tit. 18. c. 5. n. 14. Carpz. d. quæst. 14. n. 80. erat quippe assuetum Romanis in reatu existentibus, vestibus sordidis indui, ut notant Cujac. lib. 6. observ. cap. 5. Revard. lib. 3. var. c. 6. & lib. 1. conjectan. cap. ultim. Forcauol. dialog. 58. num. 3. Petr. Fab. lib. 1. semestr. cap. 10. Illiget. ad Donel. lib. 15. comm. c. 24. lit. F.

Sf 3 Ex

Ex quibus clarè resultat nota distinctio inter eum, qui delictum diu admittit, & qui diuturno tempore in reatu exitit: criminis parrator potest profugus latitando divagare, vel in propriis latibus degere, absque aliquo cruciari, aut molestia, quæ compensari possit cum pœna. In reatu autem existere, est in carcere detineri, catenis, vel compedibus gravari, veste fordida uti, nomine inter reos dato, & plures alias molestias sustinere, quousque absolvatur, vel condemnatur. Textus in lege final. Digest. ad legem Iuliam, Majestas. lege cum ratio 7. §. 2. ff. de bon. damnator. leg. tertia, §. quod pater 9. Digest. de muner. & honor. excipiant Corraius, Budeus, Alciatus, Covarruvias, Thesaurus, Faquin. Farinacius, Parladorus, Caldeira, Gothofredus, Carpovius, & Antonius Mathæus ubi proximè, istæ enim molestiæ diu toletatæ, compensandæ sunt cum pœna. Cum autem iste reus, neque in carceribus detentus fuisset, neque aliquam ex his molestiis sustinisset, nequaquam computari aliquid poterat in pœna.

Demum, quia adhuc in sententia eorum, qui decisionem illius Textus extendunt ad reum qui diu crimen commisit, quamvis in reatu non extitisset, solum procedit conclusio in crimine momentaneo, scilicet unico actu perfecto, ut homicidium, sacrilegium, violentia; non autem in crimine reiterabili, ut potè adulterium, incestus, & similia, docent Bartolus in dicta lege si diuturno. Abbas in dicto capite cum haberet, Antonius Gomez dicto numero septimo, vers. quod intellige, Tiraquellus dicta causa vigesima nona, numero tertio, Farinacius dicta questione decima, numero 86. Thesaurus dicta decisione 76. numero 6. Grammat. decis. 16. & 36. Cavalcan. de brach. Reg. parte 4. numero 100. Guazzin. dict. defens. 2. capite 3. numero 14. Carpovius dict. questione 141. numero 75. imò ex diuturnitate, & perseverantia in delicto, gravius puniendum tenent. Sed hic reus non semel, sed sæpius delictum admisit, ut ex actis apparebat: ergo pœna potius aggravari, quam temperari debebat.

8 Rursus, quia hic reus accusabatur de crimine repetendum, quod atrocissimum est, falsitatem includens, ut testatur Avendaño de exec. mand. part. 1. c. 2.

num. 18. Catald. de syndic. num. 125. in fin. & simile delicto læsæ Majestatis, Paris de Pareo de syndic. verb. corruptio. c. 1. n. 1. Azeved. ad l. 1. tit. 6. lib. 3. recop. Farin. d. quæst. 111. n. 4. cum segg. habetque semper comitem concussionem, Text. in leg. 2. ff. de concuss. junct. l. 7. in princ. ff. de leg. 1. repet. Crimen enim concussionis, non præscribitur lapsu temporis, ut docent Tiber. Decian. lib. 3. tract. criminal. c. 37. num. 15. Farin. quæst. 10. n. 29. & 30. Guazzin. d. defens. 2. cap. 2. num. 80. Neque ex diuturnitate puniri mitius debet tanquam crimen exceptum, idem Farin. d. quæst. 10. num. 90. Guazzin. d. cap. 3. num. 14. Quod apud nos maximè procedit, cum non solum ad ceteros effectus juris, ut exceptum habetur, verum specialis odio probatio illius privilegii juvatur, Text. in lege 6. titulo 18. libro 3. recopilat. ubi Azevedo, cum aliis adductis supra hac 2. part. controv. 1. num. 26. & 30.

Eadem resolutio juvatur ex Textu in l. aut damnatum, §. quisquis, ff. de pœn. ex quo inferunt Doctores, quod tempus in carcere consumptum, non computatur in exilio per sententiam inflicto, ut docet Anton. Gomez d. lib. 3. var. c. 8. n. 2. ubi Aillon pluribus adductis num. 3. Ergo etiam si reus in carcere detentus fuisset, non potuit computari tempus detentionis in condemnatione subsequente, ut in terminis blasphemix tenuerunt Azeved. in l. 5. tit. 4. lib. 8. recop. Guttier in pract. crim. quæst. 68. num. 1. cum segg.

At contrarium definiendum videbatur per Textum in l. omnes 23. C. de pœn. (quæ est l. 22. C. Theodos. eod. tit. ubi Jacob Gothofred. sibi: Omnes quos damnationis, conditio diversis exiliis destinatos, metas temporis præstitutas, in carceris inplevisse custodia deprehenderit, solutos pœna, vinculisque laxatos, custodia liberari præcipimus, nec formidare miserias ulla exilii: sic satis immenso cruceiatuum semel fuisse supplicia, ne ii qui diu privati sunt aura communis haustu, & lucis aspectu, intra breve spatium, catenarum ponderibus prægravati etiam exilii pœnam sustinere iterum compellantur. Eleganter quidem, & summa cum ratione: quia acerbior pœna carceris in effectu est, quam ipsum exilium: ob quod computandum tempus detentionis, cum exilio in sententia assignato Imperator retcepit, ne duplici pœna pro uno, eodemque delicto puniantur. Quare hanc conclusionem

firmarunt

firmarunt Tiraquellus de pœn. temper. caus. 41. num. 2. Vincent. de Franquís decis. 317. num. 4. Petrus Caballus d. cas. 142. ex n. 1. Dominus Gregorius Lopez in l. 2. tit. 28. part. 7. glossa 4. ad medium, Thesaurus dict. decis. 76. num. 4. cum sequentibus, Farinac. d. quæst. 110. num. 84. Guazzin. d. cap. 3. num. 5. Giurba consil. 47. num. 36. qui plures de more laudat, & Jacob. Gothof. in d. l. 22. Et licet Textus de exilii pœna tantum loquatur, ut ex verbis ipsius apparet, idem procedit in quacunque alia pœna, ne duplici coercitione gravetur, Text. in l. licet. §. fin. l. & ita in fine. ff. naut. caup. & stabular. Maldon. caus. 137. n. 8. vol. 1. Mæcerat. lib. 3. var. resolut. 45. n. 8. cum duobus sequentibus, Tuschus lit. P. conclus. 210. Farinac. consil. 61. num. 12. vol. 2. Giurba. d. consil. 47. num. 36. in fin. ubi enim eadem ratio militat, idem jus statuendum est, leg. illud, in princip. ff. ad legem Aquil. cum vulgaris adductis per Tiraquell. d. caus. 41. num. fin. Quibus alia ratio addi potest desumpta ex Text. in lege de his, Cod. de Cust. reor. ibi: de his quos carcer tenet inclusos, id aperta definitione sancimus, ut convictos velox pœna subducatur, aut liberandos custodia diuturna non maceret. Si enim præceptum huius legis observatum non fuerit, diuturnæ calamitates, quas contra huius legis definitionem reus perpetravit, cedere debent in partem pœnæ, vel ipsam absorbere, ne duplici calamitate opprimatur. Ut prudenter ad rem considerat Antonius Matth. dict. cap. 5. num. 14.

15 Sed dices: hic reus in carcere detentus non fuit, & sic corrumpit tota ratio. Ad quod objectum facillima adest responsio. Nam carceris significatione, non solum comprehenditur, locus publicus ad custodiendos reos destinatus, sed quilibet locus à iudice constitutus à quo reus liberè exire non potest: Textus in leg. ff. de cust. reor. ibi: utrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fideiussoribus committenda, vel etiam sibi. Ita ut sibi ipsi custodia committeretur, quod libera custodia dicta fuit, Sanctus Hieronymus advers. Vigilant. ibi: Senatoria videlicet dignitatis sunt, ut non inter homicidas terribilis carcer, sed in libera honestaque custodia recluduntur: latè Brissonius de formul. libro 5. §. causam, Revardus libr. 3. oriar. cap. 12. Farinac. quæst. 30. num. 52.

Anton. Mathæus dict. lib. 48. ff. tit. 14. capite 2. num. 1. de iure nostro Textus in leg. 3. in fin. tit. 9. lib. 3. recopil. ibi: pero si tal ferro oviese hecho alguno delos (loquitur de iudicibus) por que mereciese muerte, o perdimiento de miembro deven embiarlo a n. i. para que lo juzguemos. Explicat Avendaño de exec. mandat. part. 2. capite 5. numero 21. vers. de iure autem, Bobadilla lib. 5. politic. cap. 1. numero 102. cum sequentibus. Azevedo in leg. 15. tit. 6. libro 3. numero 11. & 12. & in l. 5. tit. 6. libro 8. recopil. num. 22. Cum enim reus iudex fuerit ex superioribus, & Senatoria dignitate fungens in ea Insula, non in terribili carcere erat detrudendus, sed juxta dict. leg. 3. adducendus ad Curiam, & in ea detineri sub custodia sibi ipsi commissa, quod est juxta personam qualitatem, absque libertate detineri. Dum enim iste reus detentus fuit, libertate caruit; juxta gradum honoris quoungebatur, carceratus fuit: squalorem passus, de ipso gradu dejectus, vestem fordidam gestavit dum necessitate oppressus, in Curia indecenter versabatur; nec catenæ defuerunt, dum uxore liberisque onustus, egestate cruciabatur, proventibus dignitatis privatus, officii splendore suspensus; ac tandem reus effectus, qui antea jurisdictionem exercebat. Et hoc non per mens. vel annum, sed per novem annos ultra sumptus, pericula, & labores lassimæ navigationis. Hæc omnia sustinuit durante causa visitationis, quæ debent cum pœna computari: nam ea per Senatum temporali definita, aut bis puniendus erat, aut detrahendum quod perpetrasset fuerat: nam, ut ait subtilissimus Papinianus in lege favores trigestima tertia, Digest. de pœn. Temporaria coercitio, quæ descendit ex sententia, pœna abolitio est.

Comprobat hanc doctrinam Textus in lege Imperator, octava, Paragraph. fin. Digest. de postulando. Quod idem Papinianus sic ait: Nec adhibetur distinctio, quo crimine sententiam, vel exilium sit irrogatum: ne scilicet pœna tempore determinata, contra sententiam sibi ulterius porrigatur. Bonus etiam Textus in lege tertia, §. primo, Digest. de decur. & fl. eorum; ibi: ut cuiusque, aut quæcunque causa ad tempus ordine, vel ad vocationibus, vel quo alio officio fuisse interdictum, completo tempore, nihilominus

SI 4

fangi

fungi honore, vel officio possit; & hoc recle, neque enim exaggeranda fuit sententia, qua modum interdictionis fecerat. Quos Textus optimè ad rem interpretatur Cujacius lib. 2. quest. 2. Papin. in d. l. 8. de postul. consonat de jure nostro Text. in l. 12. tit. 16. part. 3. ibi: Dende adelante non deve abogar ante el, fasta en aquel tiempo que se alare; loquitur noster Alphonfus de causarum Patrono, cui advocatio interdicta est ad tempus, sicut Papinianus in dictis juribus. Hic enim reus, juxta merita causæ pœnam suspensionis per decennium meruerat, hæc executioni deducta fuit ante sententiam. Quod licet præpostero modo, & contra formam regularem procedendi, factum reperiebatur, ut accuratè notat Gutierrez d. 68. num. 2. non debet retorqueri in præjudicium rei: nam si potest sententiam iterum suspensio exequenda esset, contra fidem ipsius sententiæ, pœna suspensionis pro-
 21 rogaretur. Et sic omne tempus suspensionis præcedentis æstimandum venit in condemnatione subsequente: quia sicut debitori ex contractu, vel quasi, post condemnationem competit jus excipiendi, ostendendo solutionem partis debiti, ut executio sententiæ modificetur, quia solutione ejus quod debetur omnis tollitur obligatio, princip. insit. quib. mod. sol. oblig. cum vulgat. quæ opponi possunt in ipsa executione pluribus Carleval. de jud. tom. 2. tit. 3. disp. 1. n. 24. exceptio namque solutionis anomala est, quæ opponi potest tanquam dilatoria in ingressu litis, peremptoria in progressu causæ, modificativa ad impediendam executionem, ut Carleval. ibid. probat juxta Text. in l. Nefennius, §. fin. ff. de re jud. cum aliis adductis per Azevedo. in l. 1. tit. 21. lib. 4. recopil. n. 68. & 182. Parladot. rer. quod. lib. 2. c. fin. 5. p. §. 11. num. 1. cum seqq. sic similiter in obligationibus, quæ ex delicto, vel quasi nascuntur, solutione tollitur omnis obligatio, quia in hoc minimè differunt. Si ipse reus plenariæ pœnæ satisfecerit, bene Ant. Matth. d. l. 48. ff. tit. 19. c. 1. n. 1.

22 Additur dictis, quod iste reus in vero reatu fuit, juxta personæ qualitatem, nam decensus erat sub custodia assueta in ministris suæ dignitatis, & gradu, ut probatum remanet n. 6. nomen ejus inter reos nostri Senatus datum, passus fuit molestias, expensas, & animi cru-

ciatus, quos cæteri hujus generis, sustinere solent, extra proprios lares degens per tot annos, cum periculis, & expensis non modicis: & sic omnia requisita in d. si diutino, adhuc in rigidiori sententia comprobantur: licet juxta
 23 receptiorem in praxi sententiam, sufficeret quod delictum esset diu commissum non ex sola diuturnitate; sed quia pœna datur ad exemplum, & emendationem, Text. in l. si pœna 20. ff. de pan. cum similibus adductis per Carpzovium in pract. part. 1. questione 23. numero 65. & cum delictum diu commissum memoriam hominum excedat, ut prudenter innuit Covarruvias d. vers. primum, quando pœna imponitur, deficit finis ipsius imponendæ, hoc est exemplum & emendatio hominum, & effectus ejus languescit, ob quod pœna ipsa temperatur, ut tenent Doctores laudati supra num. 3.

Unde non obstant in contrarium
 24 adducta. Nam receptior & communior sententia in praxi admittitur, quod ex sola diuturnitate temporis commissi criminis pœna temperetur, ut dixi; & cum hæc sit benignior sententia, in criminalibus sequenda est. Text. in l. si Prales 32. ff. de pan. l. interpretatio 42. ff. eod. Sed adhuc dubium cessat: nam licet
 25 Textus in d. l. si diutino sumatur in rigidiori significato, ita ut necesse sit quod reus diutino tempore in reatu existat, hic reus in reatu positus fuit in mense Maii anni 1663. ob quod ab eo tempore computanda erat temporaria condemnatio, ne contra sententiæ fidem ulterius prorogaretur, ut dixerat Papinianus in d. l. 8. de post.

Ad secundum dicendum est, Doctores distinguentes inter delictum momentaneum, & reiterabile, non loquuntur de crimine, quod absolute repeti potest; nam homicidium, quod uno ictu perficitur reiterari potest; & hujus generis est crimen repetundarum, de quo iste reus accusabatur; sed de eo quod ex sui natura habet successivam continuationem quale est adulterium, incestus, usura, & similia, in his enim fatendum est, quod gravius ex diuturnitate puniendi sunt, quia perseveratio, & consuetudo aggravat culpam, ac per consequens pœnam, Text. in l. aut facta, §. fin. de panis, cum similibus, in aliis vero quæ ex se non habent tractum successivum, pœna ex diuturnitate mitiga-
 27 tur;

tur, ut fatentur Doctores adducti supra n. 7. præsertim si appareat de correctione, & pœnitentia, & cum de hoc requisito in actis constaret, emendatum reum dicere debemus, quamvis bis, vel ter peccasse à principio probaretur.

28 Licet autem tertium argumentum magis urgeat, quia plures Doctores in criminibus exceptis non procedere regulam d. l. si diutino, tenuerint, ex eo quod crimina excepta, præscriptione non extingui crediderint, ut in particidio, suppositione partus, concussionione, & similibus. Hoc intelligendum credo, ut non extinguantur nisi lapsus viginti annorum intercedat, ut doctè probat Ant. Matth. d. lib. 48. ff. tit. 19. c. 4. n. 2. cum seqq. Quod mihi probat Textus in l. querela 12. Cod. ad leg. Cornel. de falsis, ibi: Querela falsi temporalibus præscriptionibus non excluditur, nisi viginti annorum exceptione, sicut cætera quoque fere crimina. Ratio est, quia crimen suppositi partus, sub pœna legis Corneliæ de falsis comprehensum est. Textus in l. cum suppositi, io. C. eod. Crimen falsæ monetæ pariter sub falsi crimine continetur: Text. in lege Cornelia 9. in prin. ff. eod. Hæc enim crimina inter excepta connumerantur, ut Farin. Clarus, Guazzin. & cæteri adducti supra num. 9. tenent, & nihilominus viginti annorum curriculo præscribuntur, ut probat Text. in d. leg. querela, quæ de cunctis comprehensuris sub lege Cornelia cavet: ergo clare concluditur, quod cætera excepta sub eadem dispositione continentur.

29 Sed etiamsi fateamur crimen concussionis exceptum esse, non inde sequitur quod crimen repetundarum exceptum est. Nam quando judex munera recipit ab sponte dantibus, concussionis crimen non committitur, ut fuscè probat Farin. g. 111. n. 39. cum seqq. crimen enim repetundarum ex se præscriptibile est, Text. in leg. unusquisque, Cod. eod. tit. notant Paris de Putco, Tiber. Decian. & alii apud Farinacium dict. quest. 111. numer. 231. & sic etiam per temporis diuturnitatem pœna ipsius temperari potest. Neque obstat possunt ea, quæ dicebantur, nempe repetundarum crimen æquiparari criminibus læsæ Majestatis Assassiniæ, & Simoniacæ, quia hoc est improprie, & in certis speciebus, ut explicat Farin. d. quest. 111. num. 5. & 7. cum seqq.

30 L. aut damnus, §. quisquis, ff. de pœn.

quæ adducitur ad probandum, quod tempus carcerationis ante sententiam; non computatur in tempore exilii, hoc non dicit, ut autumat Anton. Gomez dict. cap. 8. n. 1. imò contrarium probat; quia dum agit de publicanda pœna frangenti damnationem ad opus publicum, quæ de jure duplicanda est, subjungit Ulpianus hæc verba: scilicet ne illud duplicetur, quoad presens in carcere fuit.

Erat namque duplicanda pœna tem-
 31 poris non adimpleti, ut Ulpianus docet: si enim tempus detentionis in carcere duplicandus non est, clare sequitur, quod hoc tempus computatur in condemnatione, quia quod superest de ea, est quod duplicatur, ut idem Gomezius dict. cap. 8. num. 1. tenet; & omnes Doctores. Quare dicendum est, quod iste doctissimus Vir in hac parte confusè loquutus fuit, ne dicam expressè definisse questionem, contra dict. leg. omnes, 32 Cod. de pœn. quare merito arguitur ab aliquibus Doctoribus, ut innuit Caballus dict. cas. 142. n. 7. quia decisio Textus in dict. leg. omnes, irrefragabilis est, quidquid dicant Gomezius; & alii adducti per Aillon.

Restat ut responsum præbeamus ad
 33 ea quæ de crimine blasphemæ, & ejus pœna dicuntur per Azevedo dict. n. 20. & Gutierrez d. quest. 68. n. 1. Et præterquam quod, contrarium tenuit Dominus Gregor. Lopez in d. leg. 2. tit. 28. part. 7. gloss. 4. ut ipsi fatentur, quamvis adæquatam responsonem non præstent, in crimine blasphemæ militat diversa ratio; tum quia pœna pro ea imposita non simplicis carcerationis, sed catenarum, & compedum, ut ipsi tradunt, & cum causæ illius delicti brevissimè expediantur, ut dixi contr. 2. n. 51. detentio rei antequam condemnetur minima est; & de minimis non curat Prætor. Illi enim viri praxim hujus supremæ Aulæ, neque alterius Senatus ex
 34 supremis capere non poterunt, quia Gutierrez tanquam Ecclesiasticus in rebus Ecclesiasticis versabatur. Azevedo autem Senatoriam dignitatem non obtinuit, & hæc non percipiuntur, nisi ab his qui causas judicant, vel patrocinantur in ipsis tribunalibus. Ego enim non semel, sed sæpius, judicavi in Aulæ, tempus triginta dierum carcerationis impleri, computando à die quo captus fuit. Pauci enim sunt qui curant hoc postu

postulare, sed qui postulant obtinent semper.

- 35 Ob hæc omnia, Senatus censuit, reum condemnandum fore ad suspensionis poenam per annum, ultra novem, quos jam adimpleverat, & cum declaratione, quod pro eis neque salarium, neque proventus capere poterat, & sic pronunciatum fuit, prævia consultatione in similibus afluca, sententiâ dici 23. Julii, Anni 1671.

CONTROVERSIA LXVIII.

De Nauclero portum prohibitum ingrediente.

SUMMARIUM.

- 1 Facti species traditur.
- 2 Exceptio firmat regulam in contrarium.
- 3 Superioris mandata executioni deducens, culpa, & dolo caret.
- 4 Nauta idonei testes sunt favore Naucleri, de his qua in navis geruntur.
- 5 Testes non idonei admittendi sunt, quando veritas aliter haberi non potest.
- 6 Mandati transgressor, poena capitali plectendus in militaribus.
- 7 Nauta omnes, & remiges in classibus milites sunt.
- 8 Nauclerus, si recta navigatione contempta, litora devia sectatus sit, distrabendo res fiscales, poena capitali plectendus.
- 9 Multo magis, qui negotia Principis evertit, ex transgressione, vel mora.
- 10 Nauclerus de mercibus privatorum curans, si contra voluntatem Domini ad alium portum applicuerit, tenetur de damno, & interesse.
- 11 Quæ in navis geruntur ad exonerationem Naucleri, probanda sunt coram Prefecto Provincia in qua sunt.
- 12 Navis jactura in primo portu per ocularem inspectionem, & evidentiam facti probari potest, & debet.
- 13 Dispositio Text. in leg. consensu, §. servi, C. de repud. solam procedit quando veritas, aliter haberi non potest.
- 14 Testes de quibus Imperator loquitur

in l. 1. C. de naufr. ibi 11. non sunt nauta.

- 15 Nauta ut probent naufragium, vel jacturam navis, questioni subjiciendi sunt.
- 16 Nauta ut credantur, torquendi sunt propter eorum humilem conditionem.
- 17 Valentiniâni constitutione dimidia pars nautarum questioni subjicienda erat.

Gratianus Imperator ad duos, vel tres nautas hæc dispositionem restrinxit, sed delectum eorum judicii commisit, ibid.

- 18 Hodie licet usus torquendi nautas cesset, delectus ratio non cessat.
- 19 Nauta naviculariis famulantur.
- 20 Et ideo idonei testes non sunt, in favorem Naucleri.
- 21 Ratio prohibitionis appulsus ad portum Sancti Christophori de la Abana
- 22 Testes interesse habentes in causa, excluduntur.
- 23 Nauta tenentur de delicto commisso in navis, simul cum Nauclero.
- 24 Testis deponens ad sui exonerationem non est credendus.
- 25 Decisio Senatus poenam arbitrariam imponendo.

PRO REGES Novi Orbis, Praesides Provinciarum, & supremi Duces classium, tenentur Principem consulere, aut in ejus notitiam ponere, negotia magni momenti, quæ emergunt in rebus sibi commissis. Ad hoc navibus expeditis utuntur; quibus celeriter negotia ad hæc Regna afferuntur, quas vocamus Navios de aviso, quibus etiam Rex frequenter utitur, ut jussiones Proregibus cæterisque Administris transmittat. Quæ quidē conductiæ sunt & earum Dominis, sive Magistris, vel Naucleris debitum stipendium solvitur, modum navigationis eis præstiniendo, ne negotiationibus implicati, quæ celeritatem desiderant, diuturna mora executioni deducant, de quibus Vicia l. 2. Novi. contr. c. 2. n. 1. cum seqq. Unus ex his cui injunctum fuit per Navarchum classis ad Regna Novæ Hispaniæ expeditæ anno 1670. ne portum Sancti Christophori de la Abana ingrederetur, nisi necessitate cogente, ad ipsum portum appulit. Accusabatur de transgressione hujus præce

præcepti & ille excipiendo necessitatem probare conatus fuit aliquorum Nautarum dictis, quibus obumbratus iudex, cui visitatio navis & inquisitio appulsus de more commissæ fuerant; eum absolvit, sed appellatione per Dominum Fiscalem interposita, & plenè discussa in nostro Senatu Novi Orbis.

Pro parte rei dicebatur, quod ad unguem jussiones Navarchi observaverat; nam appulsus ad dictum portum de la Abana urgente necessitate factus fuit. Quia navis fluctibus concussa, detrimentum ingens passa erat, ita ut aqua ad intima penetraret, aliisque jacturas sustinuerat, quibus remedia adhibere alibi non potuit, sicque repetiri in casu excepto, quod firmat regulam in contrarium. Vulgaris Text. in l. questum, §. denique, ff. de fundo instruct. cum aliis collectis per August. Barbof. axiomat. §. num. 4. & ex Criminalis doctrinæ Doctoribus per Giurb. conf. 70. num. 3. Quo posito reperiebatur in eo statu ac si expressè ei jussum fuisset quod ad eum portum appelleret; & sic dolo, & culpa caruisse, quia superiori parendo, neque dolus, neque culpa incurri potest, Text. in leg. non videtur, 167. §. qui jussu, ff. de regul. jur. Ubi Cagnol. Revardus, Joannes Faber, & Jacob. Cujacius. Qui licet exemplum ponant in evertente sepulcro jussu judicis, idem procedit in executione cujusvis præcepti, ut notat Giurb. conf. 23. n. 3.

Neque his obstare dicebatur, quod probatum fuerit dictis Nautarum ejusdem navis, quia cum ageretur de rebus supervenientibus in medio Pelagi, non poterat aliis testibus probari. Quando enim veritas aliter haberi non potest, admituntur testes minus idonei, Text. in leg. consensu, §. servis, Cod. de repud. melior ad rem Text. in leg. 3. C. de naufrag. lib. 11. l. 2. & 3. C. Theodif. cod. tit. Nicolaus Boër. decis. Burdegal. 56. numer. 6. Thomas Grammat. conf. 47. ex num. 1. Benvenut. Stracc. de naufr. nav. & navigat. part. 5. vers. item queritur, Farin. quest. 62. num. 22. Caball. consil. 47. num. 14. & consil. 70. num. 2. tom. 2. Giurb. conf. 64. num. 18. cum seqq. Catpov. in pract. crimin. part. 3. quest. 114. num. 35. cum seqq.

Verum his non obstantibus puniendum esse probabatur, ex transgressione prohibitionis expressæ, appellendi ad eum portum, sibi factæ per Navarchum

sive supremum duem illius classis, sub cuius imperio ab Hispania solverat. Quod poenam capitaleam includit, ut probat Text. in l. desertores 3. §. in bello, ff. de re milit. cum aliis per me notatis contr. 63. n. 11. cum seqq. Neque excusari poterat ex eo, quod non esset Magister navis inductæ, sive bellicæ, sed onerariæ, quia nihilominus jure militari judicandus erat Text. in l. unic. §. 2. ff. de bon. possess. ex milit. restam. ibi: in classibus omnes remiges, & Nauta milites sunt. Quod not. Caball. cas. 294. n. 19. Et hoc confirmatur ex Text. in l. qui fiscales 7. Cod. de navicul. lib. 11. quæ est l. 33. C. Theod. cod. tit. Eo jure cautum est eum, qui fiscales res deportandas suscipit, si recta navigatione contempta, litora devia sectatus sit, easque distraxerit, poena capitali teneri, Bartol. Baldus & cæteri Scribentes in hoc Text. docent quod ille qui non navigat recta via, & res publicas distrahit, poena capitis puniatur, ut dixi d. contr. 63. n. 11. Sed arguendo à majoritate rationis, pendendum est, quod res fiscales pretio æstimabiles sunt, earumque jactura sepe, faciliter, resciri potest, licet aliquando difficiliter, ac in pristinum statum restitui, & tamen poena capitali coercetur. Sed qui asportanda negotia Principis suscepit, rem magnam aggreditur, nam summa Status, aut tranquillitas Regni in celeritate consistere potest, 9 quarum rerum jactura irreparabilis est: igitur quælibet mora, qualis dissolutio intercedat, si non acrius, eadem saltim poena puniri debet. Hæc ponderatio, quæ fortè noviter expenditur, comprobatur ex eo, quod Nauclerus, non in rebus Republicæ implicatus, sed privatorum negotiationi addictus sit, contra voluntatem domini cum mercibus ad alium portum applicuerit, 10 tenetur de culpa ad refectionem ejus quod interest ex Text. in l. colonus, §. navem, l. si uno, §. item cum quidam ff. locat. Baldus, conf. 54. vol. 4. Stracca dict. tractat. de naufr. nav. & navigat. part. 3. num. 52. Nam verè locator est, & tenetur de eo quod sequitur ex mora, vel si fecit contra pactiorem Text. in l. videamus, ff. locat. ubi Accurs. verb. suo nomine, Stracc. dict. num. 52. vers. in summe: igitur multo magis qui nomine Principis conductus est, ut negotia deferat, ex mora, & ex transgressione pactiorem, sive mandati tenebitur.

Neque